96

misericordiae eius, sed nunc iam utrum-
que uocabulum sub una [designa]tione ha-
betur. nec distat uulgo utrum
laetaniae an exomologesin indi-
cantur. supplicationes autem nomen
quodam modo nunc ex gentilitate
retinetur. nam feriae aut legitimae
erant apud eos aut indictae. Indictae autem
quia paupertas antiqua romanorum
ex conlatione sacrificabat. aut certe
de bonis damnatorum. unde supplicia
dicuntur [id est] sacrificia res de rebus execra-
torum fiebant. EXPLICIT LIBER VI

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI VII
POST DE DEO ET ANGELIS
DE HOMINIBUS PRAESAGIS
DE NOMINIB SCORUM PATRUM
DE MARTYRIB CLERICIS
MONACHIS CETERISQUE FIDELIUM NOMINIB.

I De deo
II De filio dei
III De spu sco
IIII De eadem trinitate
V De angelis
VI De hominibus qui quodam praesagio nomina acceperunt
VII De patriarchis
VIII De prophetis
VIIII De apostolis
X De reliquis in euangelio nominib;
XI De martyribus
XII De clericis
XIII De monachis
XIIII De ceteris fidelium nominibus

alii supplicationes quae fiebant de bonis passorum supplicia

DE DEO

I. Beatissimus hieronimus uir erudi-
tissimus et multarum linguarum pe-
ritus hebreorum nominum interpreta-
tionem primus in latinam linguam con-
uertit. Ex quibus pro breuitate praetermis-
sis multis quaedam huic operi adiec-
tis interpretationib; interponenda studui.
Uocabulorum enim expositio satis
indicat quid uelint intellegi.
habent enim quaedam ex propriis causis
nominum rationem. In principio autem
decem nomina ponimus quib; apud
hebreos deus uocatur. primum apud he-
breos dei nomen el dicitur quod alii deum
alii ethimologiam eius exprimentes
chiros id est fortem interpretati. Ideo quod
nulla infirmitate opprimatur. sed
fortis est et sufficiens ad omnia per-
petranda. Secundum nomen eloi.
tertium eloe. quod utrumq; in lati-
num deus dicitur. est autem nomen in lati-
num ex greca appellatione translatum. nam deus graece theos fe-
bos dicitur id est timor. unde tractum
est nomen deus. quod eum colentib; sit ti-
mor. deus autem proprie nomen est tri-
nitatis pertinens ad patrem et fi-
lium et spiritum sanctum. ad quam trinitatem
etiam reliqua quae in deo infra po-
sita uocabula referuntur. quarum

(margin: primum nomen dei el; secundum eloi; tertium eloe)

© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_281/0197